Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



D E V

Ido tuo. Et te elegit ut sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus quæ sunt super terram. Ne comedatis quæ immunda sunt. Hæc est animalia quæ comedere debetis. Bovem. et ovem. et capram. et ovis capream. bubalum. tragelaphum. phygargon. orygem. cameleon. pardalum. Omne animal quod in duas partes ungulam findit. et ruminat. comedetis. De lynx autem quod ruminat et ungulam non findit. hic comedere non debetis. camelum. leporem. chyrogrillum quia ruminant. et non dividunt ungulam. immunda erit nobis. Sus quoque quia dividit ungulam. et non ruminat. immunda erit. Carnibus eorum non vescemini. et cadavera non tangetis. Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis. Quæ habent pennulas et squamas comedetis. quæ absque pennulis et squamis sunt. non comedatis. quia immunda sunt. Omnes aves mundas comedite. immundas ne comedatis. aquilam scilicet. et gryphem. et albetum. et vultur. et milvum ac milvum juxta genus suum. et omne corvum juxta genus suum. struthionem ac noctuam. et larum atque accipitrem juxta genus suum. hibium. et cygnum. et ibim. ac mergulum. porphyrionem. et nocticoracem. et ondocrotalum. et caradrium. singula in genere suo. upupam quoque. et vespertilionem. omne quod reptat et pennulas habet immundum erit. et non comedetur. Omne quod mundum est comedite. quæcumque autem morticinum est. ne vescamini exeo. Peregrino qui in terra portas tuas est. da ut comedat. aut vende ei. quia tu populus sanctus domini dei tui es. Non coques hedum in lacte matris suæ. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis. quæ nascuntur per annos singulos. et comedes in aspectu domini dei tui in loco quem elegerit. ut habitare nomen illi

Decimam frumenti tui mosti et olei. et primogenita de armentis et ovibus tuis offerens. ut discas timere dominum deum tuum omni tempore. Cum autem longior fuerit via. Novis quem elegit dominus deus tuus. ubique benedixit. nec poteris adeum hæc cuncta portare. vendes omnia in pecunia. redigesque portabisque in manu tua. et profiscieris ad locum quem elegit dominus deus tuus. et emes ex eadem pecunia quæcumque tibi placuerit. sive ex armentis. sive ex ovibus. vinum quoque. et siceram. et omne quod delectat animam tuam. et comedes coram domino deo tuo. et epulabis tu et domus tua. et levita qui intra portas tuas est. Cave ne delinquas eum. quia non habet aliam partem in possessione tua. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore. et repones intra januas tuas. Veniet quoque levites qui aliam partem non habet nec possessionem tecum. et peregrinus et pupillus ac vidua. qui intra portas tuas sunt. et comedent. et saturabuntur. ut benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum.

Septimo anno fiet remissionem. quæ hoc ordine celebrabitur. Cum aliquid abamico vel proximo deberi fuerit. non petet. quia annus remissionis domini est. Alienigena et advena exiges. civem et propinquum repetendi non habes potestatem. et omnino indigens et mendicus non erit inter nos. ut benedicat tibi dominus deus in terra quam datus erit tibi in possessionem. si tamen audieris vocem domini dei tui. et custodieris universa quæ iussit. et ego præcipio tibi hodie. benedicet tibi ut polliceris. et fenabis gentibus multis. et ipse a nullo accipies mutuum. Dominabis nationibus plurimis. et tui nemo